Asalon. R. Salom. et R. David hoc loco interpretantur *צדור*, sicut excisa in medio maris, quod in laudem et in vituperationem dici potest; in laudem sic: Quis erat similis Tyro, quæ in medio mari in rupe excisa erat, ita ut inexpugnabilis esse videretur et tamen expugnata est, et à mari contrita, ut dicit vers. 34. In vituperationem sic: Quæ urbs tam miserabilis quam Tyrus reperiri poterit, quæ cum in medio mari sita esset, tamen excisa est?

VERS. 33. — QUÆ IN EXITU NEGOTIATIONUM TUARUM. Quæ exportatione mercium per mare populos implebas, saturabas. *Et populorum tuorum*, ministrorum tuorum. Hebr., et *mercium tuarum*.

VERS. 34. — NUNC CONTRITA ES. Hebræi nunc legunt, *tempus conteris*, id est, venit tempus, cum conteris: quod mihi nullo modo probant. Loquitur enim propheta non de re futurâ, sed de præteritâ, recitans verba eorum, qui eversam jam Tyrum lucturi erant; præterquam quod oratio coacta est. Multo ergo melius videtur noster interpres legisse *atah*, nunc. Nam et sensus est melior; et Sept. et Chaldaeus paraphr. eodem modo legerunt.

VERS. 35. — Tempestate percussis. Hebr., *timore timebantur*, id est, valde timebantur, ne sibi idem accideret, metuque expalluerunt.

VERS. 36. — SIBILABUNT SUPER TE, pro stupore et admiratione casus tui, ut Jerem. 49, 8: *Ponam civitatem hanc in stuporem, et in sibilum: omnia qui præterierit per eam, obstupescet, et sibilabit super universa plaga ejus*; et cap. 49, 17: *Et erit Idumæa deserta, omnis qui transibit per eam, stupabit et sibilabit super universas plagas ejus*; et cap. 50, 15: *Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem: omnia qui transibit per Babylonem, stupabit, et sibilabit super universis plagis ejus*. AD NIHILUM REDUCTA ES. Eodem sensu Chaldaeus verit. Hebraicum alii exponunt, *terrores fuisti*, id est, omnibus gentibus exemplo fuisti, ut tuâ calamitate terrentur, ut superiore cap. vers. 21.

#### CHAPITRE XXVIII.

1. Le Seigneur me dit encore ces paroles:
2. Fils de l'homme, dites au prince de Tyr: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que votre cœur s'est élevé, et que vous avez dit: Je suis Dieu; je suis assis sur le trône de Dieu, au milieu de la mer, quoi que vous ne soyez qu'un homme, et non pas un Dieu; et parce que votre cœur s'est élevé comme si c'était le cœur d'un Dieu;
3. Voilà que vous êtes plus sage que Daniel, et il n'y a point de secret qui vous soit caché;
4. Vous vous êtes rendu puissant par votre sagesse et votre prudence, et vous avez amassé de l'or et de l'argent dans vos trésors.
5. Vous avez accru votre puissance par l'étendue de votre sagesse, et par la multiplication de votre commerce, et votre cœur s'est élevé dans votre force;
6. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Parce que votre cœur s'est élevé, comme si c'était le cœur d'un Dieu,
7. Je ferai venir contre vous des étrangers, les plus puissants d'entre les peuples, et ils viendront l'épée à



bustissimos gentium : et nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientie tue, et polluent decorem tuum.

8. Interficiet et detrahent te : et morieris in interitu occisorum in corde maris.

9. Nunquid dicens loqueris : Deus ego sum coram interficientibus te : cum sis homo, et non Deus, in manu occidentium te.

10. Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

11. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis, leva planctum super regem Tyri :

12. Et dices ei : Hec dicit Dominus Deus : Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore :

13. In deliciis paradisi Dei fuisti : ornatis lapis pretiosus operimentum tuum : sardius, topazius, et jaspis, chrysolithus, et onyx, et beryllus, sapphirus, et carbunculus, et smaragdus, aurum opus decoris tui : et foramina tua, in die qua conditus es, preparata sunt.

14. Tu cherub extensus, et protegens : et posui te in monte sancto Dei : in medio lapidum ignitorum ambulasti.

15. Perfectus in vis tuis à die conditionis tue, donec inventa est iniquitas in te.

16. In multitudinem negotiationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate, et peccatis : et ceci te de monte Dei, et perdidisti te, ó cherub protegens, de medio lapidum ignitorum.

17. Et elevatum est cor tuum in decore tuo : perdidisti sapientiam in decore tuo, in terram projecisti te : ante faciem regum dedit te et cernerent te.

18. In multitudine iniquitatum tuarum, et iniquitate negotiationis tue, polluisti sanctificationem tuam : producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, et dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te.

19. Omnes, qui viderint te in gentibus, obstupescunt super te : nihili factus es, et non eris in perpetuum.

20. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : 21. Fili hominis, pone faciem tuam contra Sidonem, et prophetabis de ea.

22. Et dices : Hec dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, Sidon, et glorificabo in medio tui : et scient quia ego Dominus, cum fecero in ea iudicia, et sanctificatus fuero in ea.

23. Et immitam ei pestilentiam, et sanguinem in plateis ejus : et corruent interfecti in medio ejus gladio per circuitum : et scient quia ego Dominus.

24. Et non erit ultra domus Israel offendiculum amaritudinis, et spina dolorem inferens undique per circuitum eorum qui adversantur eis : et scient quia ego Dominus Deus.

25. Hec dicit Dominus Deus : Quando congregavero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabo in eis coram gentibus : et habitabunt in terra sua, quam dedi servo meo Jacob :

la main exterminer votre sagesse avec tout son éclat, et ils souilleront votre beauté.

8. Ils vous tuent, et vous précipiteront de votre trône ; et vous mourrez dans le carnage de ceux qui seront tués au milieu de la mer.

9. Direz-vous encore, lorsque vous serez devant vos meurtriers, lorsque vous serez sous la main de ceux qui vous ôteront la vie : Je suis un Dieu, vous qui n'êtes qu'un homme et non pas un Dieu ?

10. Vous mourrez de la mort des incircumcés par la main des étrangers, parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu.

11. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit : Fils de l'homme, faites un grand deuil sur le roi de Tyr :

12. Et dites-lui : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Vous étiez le socan de la ressemblance ; vous étiez plein de sagesse, et parfait en beauté.

13. Vous avez été dans les délices du paradis de Dieu ; votre vêtement était enrichi de toute sorte de pierres précieuses : la sardine, le topaze, le jaspé, le chrysolithe, l'onyx, le bétil, le saphir, l'escarboucle, l'émeraude et l'or ont été employés pour relever votre beauté ; et les instruments les plus excellents ont été préparés pour le jour auquel vous avez été créé.

14. Vous étiez parfait dans vos voies au jour de votre création, jusqu'à ce que l'iniquité a été trouvée en vous.

15. Dans la multiplication de votre commerce, vos entrailles ont été remplies d'iniquité, vous êtes tombé dans le péché ; et je vous ai chassé de la montagne de Dieu ; je vous ai exterminé, ó cherubin qui protégez les autres, du milieu des pierres étincelantes.

17. Car votre cœur s'est élevé dans votre éclat ; vous avez perdu la sagesse dans votre beauté ; je vous ai précipité en terre ; je vous ai exposé devant la face des rois, afin qu'ils jetassent les yeux sur vous.

18. Vous avez violé votre sainteté par la multitude de vos iniquités, et par les injustices de votre commerce ; c'est pourquoi je ferai sortir du milieu de vous un feu qui vous dévorera, et je vous réduirai en cendre sur la terre, aux yeux de tous ceux qui vous verront.

19. Tous ceux qui vous considéreront parmi les peuples en seront frappés d'étonnement ; vous avez été anéanti, et vous ne serez plus pour jamais.

20. Le Seigneur me parla encore, et me dit : 21. Fils de l'homme, tourne votre visage contre Sidon, et prophétisez contre cette ville.

22. Dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vous, ó Sidon : je serai glorieux au milieu de vous ; et vos habitants sauront que je suis le Seigneur, lorsque j'aurai exercé mes jugements sur eux, et que j'aurai fait éclater ma sainteté au milieu d'eux.

23. Et j'enverrai la peste dans Sidon, et je ferai couler le sang dans ses rues : ses habitants tomberont de tous côtés au milieu d'elle, et périront par l'épée ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

24. Sidon ne sera plus à la maison d'Israël un sujet de chute, ni une épine qui blesse douloureusement tous ceux qui l'environnent et qui la combattent ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

25. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Lorsque j'aurai rassemblé la maison d'Israël d'entre les peuples parmi lesquels je les ai dispersés, j'aurai sanctifié en eux, aux yeux des nations ; et ils habiteront dans leur terre que j'avais donnée à mon serviteur Jacob ;

26. Et habitabunt in ea securi : et edificabunt domos, et plantabunt vineas, et habitabunt confidenter, cum fecero iudicia in omnibus qui adversantur eis per circuitum : et scient quia ego Dominus Deus eorum.

VERS. 2. — *EO QUOD ELEVATUM EST COR TUUM.* Sententia suspensa est usque ad versum septimum, ubi complectitur. Porrò quod hic dicitur de principe Tyri, theologo de Lucifero interpretari solent. Et dixisti, apud te, id est, cogitasti te similem esse Deo. IN CAETEDRA DEI SEDI, id est, in loco edito et inaccesso ; sicut Deus in celo, quò nemo potest attingere. CUM SIS HOMO. Hebr., *cumque homo sis et non Deus.* DEDISTI COR TUUM QUASI COR DEI, id est, gessisti animos Dei, sic elato animo fuisti, quasi Deus tibi esse viderere. Hebræismus.

VERS. 3. — *SAPIENTER ES TU DANIELE, tuo iudicio.* Hinc apparet adeò jam fuisse celeberrimè præsertim in Chaldaea, ubi Ezechiel vaticinabatur, sapientiam Danielis, ut proverbio de homine sapientissimo diceretur : *Sapienter Daniele.*

VERS. 4. — *IN SAPENTIA (hebræismus, sapientia et intelligentia tua) FECISTI TIBI FORTITUDINEM ;* opes, substantiam, facultates tibi parasti, ut Chaldeus interpretatur, et statim explicatur. Omnia hæc sunt non de te ipsa ac veritate, sed de illius opinione intelligentia.

VERS. 5. — *MULTIPICASTI TIBI FORTITUDINEM, divitias tuas, ut versu præcedenti.* Eodem modo : *IN ROBORE TEO, in opibus tuis, id est, propter opes tuas.*

VERS. 6. — *EO QUOD ELEVATUM EST, Hebr., quia disti cor tuum quasi cor Dei, id est, quia sic elato animo fuisti, quasi Deus esses, ut vers. 2.*

VERS. 7. — *ALEXOS, gentes barbaras, Chaldaeos, qui inter omnes gentes robustissimi sunt.* SUPER PULCHRITUDINEM, contra, id est, ut auferant abs te quidquid pulchri et pretiosi tuâ sapientiâ tibi videris comparasse, fedabantque decorem tuum.

VERS. 8. — *INTERFICIENT. Hebr., in foveam descendere facient te, id est, projicient te in profundum maris.* ET MORIERIS INTERITU OCCISORUM, mortibus vulneratorum, id est, multis confossa vulneribus, ut interpretatur R. David, aut mortibus occisorum in medio mari, id est, ita ut sepulchra carcas, proficiantque in mare, ut illi qui in mari moriuntur.

VERS. 9. — *NUMQUID DICENS LOQUERIS ?* an dicendo dices, id est, an factus sis Deum esse, cum fueris coram interfectoribus tuis, cum sis homo et non Deus, et in manibus eorum veneris, qui te occident ? quasi dicit : Non.

VERS. 10. — *MORTE INCIRCUMCISORUM, id est, ab incircumcisis hominibus occideris, quod apud Hebræos ignominiosum erat, sicut dixit Saul armigero suo, 1 Reg. 31, 4 : Eragat gladium tuum, et percutit me, ne fortè veniant incircumcisi isti, et interficiant me illudentes mihi.* Hunc sensum verba sequentia confirmant.

26. Et ils y habiteront sans aucune crainte. Ils bâtiront des maisons, ils planteront des vignes, et ils vivront dans une pleine assurance, lorsque j'aurai exercé mes jugements sur tous ceux qui sont autour d'eux et qui les combattent ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur leur Dieu.

## COMMENTARIUM.

IN MANU ALIENORUM, quanquam Chaldaeos arripheos, et R. David interpretatur, morte incircumcisorum, id est, morte impiorum, qui incircumcisi corde sunt, morieris, qui plerumque infelicem et miserabilem vitam exitum habent.

VERS. 12. — *LEVA PLANCTUM, plange magna voce, aut sume carmen lugubre, quale Jeremias sumpsit contra Jerusalem, id enim propriè significat kinah ut supra, vers. 19 : Tu signaculum similitudinis, id est, perfectio imaginis. Solem enim obsignare quæ perfecta sunt quasi dicit : Si quos felicissimi principis imaginem depingere voluisset, tu ejus imaginis opinione tua perfectio fuisset. Thokenith imaginem aut picturam significat, ut ait R. Salom. Alii autem exponunt : Tu signans numerum (nam id etiam verba significare possunt), id est, omnibus numeris es absolutus, ut ipse tibi videris, sicut statim dicit : PLENUS SAPENTIA, ET PERFECTUS DECORE.*

VERS. 13. — *IN DELICIIS PARADISI.* Adeò felix eras, itaque omnium bonorum copia alluebas, ut in paradiso terrestri esse viderere, omni genere pretiosorum lapidum cooperis. ET FORAMINA TUA. Chaldeus in hæc sententiam interpretatur : Adeò elatus fuisti, oblitusque conditionis tue, ut non consideraveris te hominem esse ubique quo die natus es, tanquam homini mortali foramina oris et narum ad spirandum data esse. Septuaginta : *Et auro repleti thesauri tuos et apothecas tuas in te, à die quo conditus atque paratus fuisti.* Hebræi, posito puncto post aurum : *Smaragdus et aurum, legunt deinceps : Opus tympanorum tuorum, et fistularum tuarum in te in die quo creatus es, parata fuerunt, id est, resonantibus in domo tuâ omnibus instrumentis musicis natus es, ut interpretatur Rabbi David. Itaque noster interpres foramina pro fistulis posuit, quia nomen Hebraicum id etiam significat, unde et tibiae et fistulae dicte sunt, quod foraminibus plena sint.*

VERS. 14. — *TU CHERUB, similis fuisti Cherub, propter scientiam et pulchritudinem ; fuisti enim signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore, ut dixit vers. 12.* Comparat etiam illum Cherub qui magnus erat, et statim sub aliis suis populum protegabat, sicut statim duobus epithetis declarat : *EXTENSUS, ET PROTEGENS.* Alludit enim ad Cherubim qui erant in templo Salomonis, qui extensis alis propitiatorium protegabant, Exod. 25, 30, 37, 9. Postulavit in monte sancto Dei, id est, sicut posui Cherub in Sion monte sancto meo ut propitiatorium protegeret, ita posui te in rupe, ubi Tyrus sita erat, ut omnibus conspicuus esses, urbenque protegeres. Quod R. David et alii hoc loco dicunt probare non possunt : Non agitur hic de rege qui tunc erat, ad te eo qui à Chal-



dais victus est; sed de Hiram, qui olim Salomonem tempore vivebat, lignaque illi ad edificandum templum mittelbat, 5 Regum 5, 9, idéoque dici in monte sancto Dei postius fuisse, quod templi adificationem juverit. Agi enim propheta de ejus regis gloria, cuius interitum paulo post predictus versu 18, idéoque describit ejus gloriam, ut futura ejusdem calamitas major esse videatur. Pejns etiam Chaldaeus: *Et tu montem sanctum Dominus sprevis; et in populum sanctum cogitasti dominari. In medio lapidem ignitorum, id est, adeo dives eras, ut totus lapidibus pretiosus, ac in speciem ignis collicentibus circumdatus esses. Alii ex R. David interpretantur: In medio lapidum ignitorum, id est, Israelitarum, qui lapides igniti vocantur, quia populus sanctus sunt. Non placet.*

VERS. 15. — *IN VIS TUIS, id est, potens eras, faciebas quidquid volebas, quidquid faciebas bene tibi succedebat. Non enim vocat vias hoc loco mores; sed opera, quasi dicat: Bene tibi omnia succedebant, donec inventa est iniquitas in te, non quelibet, nam semper iniquus fuisti; sed illa intolerabilis, quâ dixisti: Deus ego sum, et in cathedrâ Dei sedi in corde maris, vers. 2.*

VERS. 16. — *IN MULTITUDINE, propter multitudinem, aut, præ multitudine; notus hebraismus. In terra tua, medium tui, ad verbum, id est, viscera tua, aut, cor tuum, aut, civitatem tuam (negotiatores) repleverunt iniquitate, teque peccare fecerunt, et tua te felicitas infelicem effecit. ERGI TE. Hebr., pollui te, ad verbum, id est, cum prius in monte sancto Dei esse videris, movebo te de loco tuo, projeciamque in mare, veluti rem pollutam et contaminatam, efficiamque et non amplius Cherub protegens, et pretiosus lapidibus circumdatus esse videare.*

VERS. 17. — *IN DECORE TUO, propter decorem tuum. PERDIDISTI SAPIENTIAM TUAM, id est, splendore regie tue dignitatis elatus, perdidisti sapientiam quam tibi habere videbaris; non quod reverâ perdidideris quam non habebas, sed quod ego effecerim ne tibi tam sapiens videreris, tradens te in manus hostium, à quibus te nullo tuo consilio, nulla sapientia, nullis artibus liberare potuisti. ANTE FACIEM REGUM DEMI TE, efficiam ut in conspectum regum captivus ducaris; sicut Sedecias in conspectum regis Babylonis ductus est, 4 Regum 23, 6, et Jerem. 59, 5, et 52, 9.*

VERS. 18. — *POLLIDISTI SANCTIFICATIONEM TUAM, sanctuarium tuum, id est, montem sanctum Dei, in quo tanquam Cherub esse videbaris, ut dixit vers. 14, R. David, et qui cum nimio quodam studio sequi solent, interpretantur sanctuarium, id est, palatium regis, quod ad modum templi factum est. Minus aptè. PRODUCAM ERGO IGNEM DE MEDIO TUI, id est, faciam ut ex peccatis tuis poena nascatur, quâ consummaris, sicut domus igne in medio ejus accenso conflagrare solet, ut Isaïa 50, 41: *Ecce vos omnes accendentes ignem, accineti flammis, ambulante in lumine ignis vo-**

## CAPUT XXIX.

1. In anno decimo, decimo mense, undecimâ die mensis, factum est verbum Domini ad me dicens:

*stiri, et in flammis quas succendistis; et cap. 9, vers. 18: Succensa est quasi ignis impietas, veprem et spinam ro-rabit; et succedatur in densitate solitis, et convolvetur superbia fumi. Alii exponunt: Producam ignem de medio tui, id est, faciam ut ex tuis divitiis aliqui ad regem Babylonis transfugiant, qui te prodant. Sed hoc videtur esse sine causâ divinâre. IN CONSPPECTU OMNIUM VIDENTIUM TE, id est, ut te de regio solo deturbatum, humique prostratum quicumque volent videat possint.*

VERS. 19. — *NUMILLI FACTUS ES. Hebr., terrores eris, id est, omnes, qui te viderint, exemplo tuo deturbentur, ut supra, capite 26, 21, et capite 27, 56.*

VERS. 21. — *PONE FACIEM TUAM, id est, converte ad Sidonem orationem tuam; aut, intrepide ac liberè loquere contra Sidonem, ut sicut loco Tyro vicina est, ita sit illi poena similis. Hæc phrasid supra explicata est, cap. 6, 2, et cap. 45, 47, cap. 20, 46, et cap. 25, 2.*

VERS. 22. — *ECCO EGO AD TE, venio, aut, loquor, ut cap. 5, 8, et cap. 45, 8, 20, et cap. 21, 5, et cap. 26, 5: Ecce ego super te, Tyre, ego glorificabor; puniendo te, gloriam meam ostendam. CUM FECERO IN EA, in te; mutat personam, veluti convertens orationem ad auditores. ET SANCTIFICATUS FUERO, Cùm eam puniens declaravero me justum esse ac sanctum.*

VERS. 23. — *ET SANGUINEM IN PLATIBUS EJUS, Hebr., in vicis ejus suburbanis. Nam per sanguinem hostilem gladium intelligit, eumque pesti opponit, qui peste moriuntur, sine sanguinis effusione moriuntur; qui autem gladio, fuso sanguine. Itaque sensus est, forte ut intra urbem Sidoniam moriantur peste, extra urbem gladio; sicut dixit supra contra Jerusalem, cap. 7, 15: *Gladius foris, pestis et fumes intrinsecus; qui in agro est, gladio morietur; et qui in civitate, pestilentia et fame devorabuntur. Quæ autem sequuntur ita sunt distinguenda. ET CORRUENT INTERFECTI. Hebr., cades infernus, id est, peste tactus in medio ejus, intra urbem; singularis pro plurali. ET (interfecti) GLADIO (cadent foris) PERINCULTUM.**

VERS. 24. — *OFFENDICULUM AMARITUDINIS, amaritudinem et dolorem afferens. Hebr., spina pungens, ut ait R. David, vocat Sidonem aut ejus regem elegantem metaphorâ spinam pungentem, quia Sidon judææ vicinæ erant illique quodammodo tanquam spina pedi infixæ, et dolorem inferentes, quia rex Sidonis regi Juda plerumque adversabatur. Undique per circuitum, quasi dicat: Tollentur omnes spine quæ in circuitu Israel sunt, illicque dolorem inferunt Sidonii, Tyrii, Moabite, Ammonitæ, Idumæi; contra quos cap. 25, 26 et 27, vaticinatus est.*

VERS. 25. — *SANCTIFICABOR IN EIS. Omnes gentes sanctum me, justumque esse cognoscent, cùm viderint me populum meum longa captivitate propter ejus peccata punivisse; punitum verò, et emendatum in veterem statum possessionemque restituisse.*

## CHAPITRE XXIX.

1. Le onzième jour du dixième mois de la dixième année, le Seigneur me parla, et me dit:

2. Fili hominis, pone faciem tuam contra Pharaonem, regem Ægypti, et prophetabis de eo, et de Ægypto universâ.

3. Loquere, et dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, Pharaon rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, et dicis: Meus est fluvius, et ego feci memetipsum.

4. Et ponam frenum in maxillis tuis; et agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis; et extraham te de medio fluminum tuorum, et universi pisces tui squamis tuis adhaerebunt.

5. Et projiciam te in desertum, et omnes pisces fluminis tui: super faciem terræ cades: non colligeris, neque congregaberis: bestiis terræ et volatilibus cæli dedi te ad devorandum.

6. Et scient omnes habitatores Ægypti, quia ego Dominus: pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israel.

7. Quando apprehenderunt te manu, et contractus es, et lacerasti omnem humerum eorum: et iminentibus eis super te comminatus es, et dissolvisti omnes renes eorum.

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam super te gladium: et interficiam de te hominem et jumentum.

9. Et erit terra Ægypti in desertum, et in solitudine: et scient quia ego Dominus, pro eo quod dixi res: Fluvius meus est, et ego feci eum.

10. Idcirco ecce ego ad te, et ad flumina tua: daboque terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam, à turre Syene, usque ad terminos Æthiopiæ.

11. Non pertransibit eam pes hominis, neque pes jumenti gradietur in eâ: et non habitabitur quadraginta annis.

12. Daboque terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum, et civitates ejus in medio urbium subversarum, et erunt desolatæ quadraginta annis: et dispergam Ægyptios in nationes, et ventilabo eos in terras.

13. Quia hæc dicit Dominus Deus: Post finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis, in quibus dispersi fuerant.

14. Et reducam captivatum Ægypti, et collocabo eos in terrâ Phathures, in terrâ nativitatibus suæ, et erunt ibi in regnum humile.

15. Inter cætera regna erit humillima, et non elevabitur ultra super nationes, et imminuam eos ne imperegent gentibus.

16. Neque erunt ultra domui Israel in confidentiâ, docentes iniquitatem, ut fugiant, et sequantur eos: et scient quia ego Dominus Deus.

17. Et factum est in vigesimo et septimo anno, in primo, in undâ mensis: factum est verbum Domini ad me, dicens:

18. Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servilitate magnâ adversus Tyrum: omne caput decalvatum, et omnis humerus depilatus est: et merces non est reddita ei,

s. s. XIX.

2. Fils de l'homme, tournez le visage contre Pharaon, roi d'Égypte, et prophétisez tout ce qui doit arriver à lui et à l'Égypte.

3. Parlez et dites: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens à vous, Pharaon, roi d'Égypte, grand dragon, qui vous couchez au milieu de vos fleuves, et qui dites: Le fleuve est à moi, et c'est moi-même qui me suis créé.

4. Je vous mettrai un frein aux mâchoires, et j'attacheraï à vos écailles les poissons de vos fleuves; et je vous entraînerai du milieu de vos fleuves; et tous vos poissons demeureront attachés à vos écailles.

5. Je vous jetterai dans le désert avec tous les poissons de votre fleuve. Vous tomberez sur la face de la terre, on ne vous relèvera point, et on ne vous ensevelira point; mais je vous donnerai en proie aux bêtes de la terre et aux oiseaux du ciel;

6. Et tous les habitants de l'Égypte sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, parce que vous avez été à la maison d'Israël un appui aussi faible qu'un roseau.

7. Lorsqu'ils se sont attachés à vous, en vous prenant avec la main, vous vous êtes rompu; vous leur avez déchiré toute l'épaule; et lorsqu'ils pensaient s'appuyer sur vous, vous vous êtes éclaté en pièces; et vous leur avez rompu tous les reins.

8. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je vais faire tomber la guerre sur vous, et je tueraï parmi vous les hommes avec les bêtes.

9. Le pays d'Égypte sera réduit en un désert et en une solitude; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, parce que vous avez dit: Le fleuve est à moi; et c'est moi qui l'ai fait.

10. Je viens donc à vous et à vos fleuves; et je changerai le pays d'Égypte en des solitudes, après que la guerre l'aura ravagé, depuis la tour de Syène, jusqu'aux confins de l'Éthiopie.

11. Ce pays ne sera plus battu par le pied des hommes, ni par le pied des bêtes; et il ne sera point habité pendant quarante ans.

12. Je mettrai le pays d'Égypte au rang des pays déserts, et ses villes au rang des villes détruites; et elles seront désolées pendant quarante ans; j'écarteraï les Égyptiens parmi les nations, et je les disperseraï en divers pays.

13. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu: Après que quarante ans seront passés, je rassemblerai les Égyptiens du milieu des peuples parmi lesquels ils avaient été dispersés.

14. Je ramènerai les captifs d'Égypte; je les éta-blirai dans la terre de Phathures, dans la terre de leur naissance; et ils deviendront un royaume impuis-sant.

15. L'Égypte sera le plus faible de tous les royaumes; elle ne s'élèvera plus à l'avenir au-dessus des nations; et je les affaiblirai, afin qu'ils ne dominent plus sur les peuples.

16. Ils ne seront plus la confiance des enfants d'Israël, et ils ne leur enseigneront plus l'iniquité, en les portant à me fuir, et à les suivre; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

17. Le premier jour du premier mois de la vingt-septième année, le Seigneur me dit encore ces paroles:

18. Fils de l'homme, Nabuchodonosor, roi de Babilone, m'a rendu, avec son armée, un grand service au siège de Tyr; toutes les têtes en ont perdu les cheveux, et toutes les épaules en sont écorchées; et néanmoins ni lui, ni son armée, n'ont eu de récom-

28



neque exercitui ejus, de Tyro, pro servitute quâ servivit mihi adversus eam.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terrâ Ægypti : et accipiet multitudinem ejus, et deprædabitur manubias ejus, et diripiet spolia ejus : et erit merces exercitui illius.

20. Et operi quo servivit adversus eam : dedi ei terram Ægypti, pro eo quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus.

21. In die illo pullulabit cornu domui Israel, et tibi dabo apertum os in medio eorum : et sciet quia ego Dominus.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO DECIMO. R. David annum decimum regi Sedecie exponit, qui quamvis idem quoque captivitas Jechonie decimus fuerit, tamen melius D. Hieronymus decimum captivitatis Jechonie annum interpretatur, quia statim initio à captivitate annos numerare cepit, ut cap. 1, v. 1 et 2; et c. 8, v. 1; et c. 20, v. 1; et c. 24, 1; et 26, 1, infra vers. 17, dicit : *Factum est in vicinio et septimo anno* : quod non potest de regno Sedecie intelligi, sed de Jechonie captivitate, et cap. 32, 1, numerat duodecimum annum et cap. 33, v. 21. Porro quod sæpe montium prophetas in compingendis vaticiniis ordinem temporum non servare, ex hoc loco perspicuum est. Nam cap. 26 posita est propheta adversus Tyrum, quam undecimo captivitatis anno se accepisse dicit : hic prophetiam contra Pharaonem ponit, quam uno ante anno habuerat. Fuit tamen mutandi ordinis aliqua ratio, ac, ut mihi quidem videtur, triplex; prima, quod quamvis prius habuerit prophetiam adversus Ægyptum, quam adversus Tyrum, et Sidonem : tamen prius Tyrus quam Ægyptus vastanda erat : cum Babylonis remunerationis gratiâ ob eversam Tyrum Ægyptus in predam data sit, ut dicitur, v. 18 et 19. Altera, quod Tyrus et Sidon vicinior esset Jerosolymis quam Ægyptus : itaque maluit propheta locorum quam temporum ordinem servare. Tertia, quam affert R. David, quod Ezechiel alteram prophetiam contra Pharaonem anno viciniori septimo captivitatis accepit, ut constat v. 17, et voluerit utramque simul ponere.

VERS. 2. — PONE FACIEM TUAM. Convertite te, verte orationem tuam, aut intrepide et constanter loquere, ut c. præc., v. 21; et c. 23, v. 2; et c. 20, 46; et c. 13, 17; et c. 6, 2.

VERS. 3. — ECCE EGO AD TE VENIO, aut aliquid hujusmodi, ut c. præc., v. 22; et c. 26, 5; et c. 21, 5; et c. 15, 8, 20; et c. 5, 8. DRACO MAGNE. Draconem magnum vocat cete, balænam aut crocodilum, quia omnes alias gentes, sicut magnum piscis parvos devorabat, ut declarat, v. 4. Similique alludit ad Nilum celeberrimum Ægypti fluvium, ubi frequentes erant crocodili; idò dicit : *Qui cubas in medio fluminum tuorum. MEUS EST FLUVIUS.* Hebr., *meus est fluvius, aut rivulus meus; id enim propriè nomen significat.* Vocat autem rivu-

lulum, singulari posito pro plurali, non ipsum Nilum, qui maximum erat flumen; sed aqueductus, quos rex per totam Ægyptum, ad irrigandam regionem fecerat. Hoc est quod dicit : *ET EGO Feci MERETIPSUM.* Hebr., *et ego feci mihi ipsi (rivulos).* Quasi dicat : *Meâ sapientiâ, industriâ, et potentiâ Nilum per totam Ægyptum derivavi, ut interpretatur R. David; putat enim positum esse feci me, pro feci mihi, aut sicut R. Salomon, et Chaldeus paraphrastes exponunt : Ego feci me meâ industriâ regem magnum, qualis sum.*

19. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais donner à Nabuchodonosor, roi de Babylone, le pays d'Égypte; et il en prendra tout le peuple; il en fera son butin, et il en partagera les dépouilles. Son armée recevra ainsi sa récompense;

20. Et il sera payé du service qu'il m'a rendu dans le siège de cette ville. Je lui ai abandonné l'Égypte, parce qu'il a travaillé pour moi, dit le Seigneur Dieu.

21. En ces jours-là, je ferai renaître la puissance de la maison d'Israël, et je vous ouvrirai la bouche au milieu d'eux; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

VERS. 4. — ET PONAM FRENUM. Hebræum Hebræi et Chaldeus paraphrastes *hamos* interpretantur. Sensusque rectè convenit : loquitur enim de Pharaone tanquam de magno aliquo pisce, ut de Leviathan apud Jod, cap. 40, 5, 19 et 20 : *In oculis ejus quasi hamo capiet eum, et in sulcibus perforabit nares ejus.* Nam autem vocat hoc loco regem Babylonis, et ejus exercitum, per quem Ægyptus vastata est. Et AGGLUTINABO PISCES, principes tuos et cives, quasi dicat : *Captiam te cum omnibus tuis principibus et civibus.*

VERS. 5. — PROJICIAM TE IN DESERTUM. Perseverat in metaphora piscis, qui ex aquis tractus, et in aridam projectus continuo moritur. Significat ergo fore ut rex Ægypti ex Nilo, quasi piscis extrahatur, et in Chaldæam aridam terram captivus ducatur, ibique moriatur, neque colligat, sicut boni pisces colligi solent, id est, non sepelietur, sed à bestiis, atque volucribus devoretur, similis locus infra, cap. 32, 4.

VERS. 6. — PRO RO QUOD FUISTI. Hebr., *quia fuerunt baculus arundineus domui Israel*, id est, qui cum illi deberent illi propter fœdus quod cum illâ contraxerant, auxilium ferre, perniciem attulerunt. Irritatus enim Deus quod Judei ab Ægyptiis auxilium peterent, eos in potestatem Chaldæorum tradidit, ut apparet Jerem. 2, vers. 18 et 36; et Isai. 56, 6. *Baculus autem arundineus* in proverbio erat, deque homine piscis, qui cum prodesse vellet, nocebat, sicut baculus arundineus, qui dum eo nititur, fractus manum perforat. Metaphora ab Isaiâ declaratur, cap. 56, 6 : *Ecco confidit super baculum arundineum contractum istum, super Ægyptum : cui si inimicus fuerit homo, in-*

trabit in manum ejus, et perforabit eam : sic Pharaon rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Eodem modo, 1 Reg. 18, 21. Id explicatur versu sequenti.

VERS. 7. — QUANDO APPREHENDERENT TE MANU, id est, cum Judei auxilio tuo uti voluerunt, Jerem. 37, 4. *CONTRACTUS ES*, id est, noluiti, aut non potuisti auxilium illis ferre, quia cum exercitus Pharaonis ex Ægypto in Judæorum auxilium egressus esset, sive metu, sive à Chaldæis profligatus in Ægyptum rediit, ut Jeremias prædixit, cap. 37, v. 7. *ET LACERASTI OMNEM HUMERUM*, id est, totum brachium usque ad humerum, id est, in causâ fuisti, ut altera pars Judæorum, quæ Jechoniâ in captivitatem ducto Jerosolymis remanserat, quasi alterum brachium à manu usque ad humerum, id est, à minimo cive usque ad regem Sedeciam vulneraretur, aut in captivitatem iret. *ET DISSOLVISTI OMNES Vires EORUM*, id est, fecisti ut fracto baculo conciderent, cum tenes illis dissolverentur ac deficerent; qui enim rebus dolent, non possunt sine baculo stare. Per res autem vires significantur, quasi dicat : *Cum tu illis auxilium, quod promiseras, non prestitisses, non potuerunt stare, et regi Babylonis resistere.* Hebr. : *Et stare fecisti eis omnes vires*, id est, fecisti ut tuis viribus destituti, suis tantum viribus niterentur, quæ admodum erant infirmæ; qui enim baculo niuntur, incurvi sunt : fracto autem baculo, necesse est ut, si possunt, erigantur, et sese suis viribus sustentent. Ita R. David. Alii Hebræi, ut ille refert, putant *thamedatha* dictum esse; quod significat nutare, et ruinam minari : quasi dicat, effecisti ut fracto baculo vittrarent, et corruerent acres eorum, id est, ut stare non possent.

VERS. 9. — PRO RO QUOD DIXERIT. Supra vers. 5.

VERS. 10. — ECCE EGO AD TE. Contra te venio, ut vers. 5. *A TURRE SYENE*, id est, à principio usque ad finem. Nam Syene, aut ut Hebræi dicunt, Seneh, principium erat regni Ægypti, ut Solinus ait cap. 45, inter mare Rubrum, et Nilum : Æthiopia verò in finibus erat Ægypti ad occasum meridionalem.

VERS. 12. — IN MEDIO TERRARUM. Id est, similem ceteris terris desertis faciam illam. Hebraismus; qualis ille Luca, cap. 22, 27 : *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat*, id est, similis vobis. Nam qui in mediâ aliorum turbâ est, illis similis est; idem hebraismus est, cap. sequenti, vers. 7.

VERS. 14. — CAPTIVITATEM ÆGYPTI. Captivus, ut infra, cap. 39, 25, et Jerem. 29, 14; et 51, 23; et 32, 44; et 48, 47. *IN TERRA PHATUBES*. Civitas erat versus meridionales fines Ægypti, Jerem. 44, 1, longissimè à Chaldæa. Itaque vult dicere fore ut eos reducat usque ad postremam partem Ægypti. *ET ERUNT*

## CAPUT XXX.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, propheta, et dic : Hæc dicit Dominus Deus : ululate, væ, væ diei :

3. Quia juxta est dies, et appropinquat dies Domini : dies nubes, tempus gentium erit.

REGNUM HUMILE; quia nunquam postea regnum Ægypti tam potens fuit, quam ante fuerat.

VERS. 16. — NEQUE ERUNT ULTRA DOMU ISRAEL, id est, non ultra confidit in eis domus Israel, cum viderit eos dejectos et fractos esse; quemadmodum non confidimus in baculo, postquam fractus est. *DOCENTES INIQUITATEM; ut Ægyptii doceant eos iniquitatem propter consuetudinem, quæ inter ipsos erat.* Nam *commissit sunt inter gentes et didicerunt opera eorum.* Psal. 103, 55. Hebr. *In confidentiam facientem recordari iniquitatem*, id est, punire. Deus enim propter fiduciam, quam Judei in Ægyptiis posuerunt, punivit eos. *UT FUGIANT Judei in Ægyptum*, ut Jerem., cap. 45. Intelligitur præcedens negatio. Non erunt confidentia, ad quam confugiant. Hebr., *ut post eos respiciant, scilicet Judei post Ægyptios, eodem sensu.*

VERS. 17. — VICIESIMO SEPTIMO ANNO CAPTIVITATIS JOACHIN. Nam Sedecias non tot regnavit annos. Ex quo perspicuum est, etiam superioribus locis, annos captivitatis, non regni Sedecie computari. In primo mense; phrasis Hebræica, quam cap. 1, vers. 1, explicavimus. *USA MENSIS*, id est, primâ die mensis, usitatus hebraismus, qualis ille Genes. 4, 5 : *Factum est vespere et mane dies unus*, id est, primus; et Joan. 20, 1, 19, et Luca 24, 1 : *Unâ sabbathi*, id est, primâ die hebdomadis. Hæc est altera propheta adversus regem Ægypti, quem Ezechiel decem et septem annis post primam accepit.

VERS. 18. — SERVITUTE MAGNA, magno cum labore, ita ut nullus miles esset, qui assiduitate gestandæ galæe non esset calvus; et lignorum aliarumque rerum ad expugnationem necessarium, non haberet attritos humeros.

VERS. 19. — DABO, ponam et constituam eum in terrâ Ægypti. Hebræicè : *Dabo Nabuchodonosori regi Babylonis terram Ægypti.* *ET ACCIPIET MULTITUDINEM EJUS.* Captivam ducent omnem plebem ejus.

VERS. 20. — ET OPERI, operi dedi ei, id est, operi ejus dedi, relativo Hebræorum more redundante : aut, propter opus, quo servivit mihi, dedi ei terram Ægypti. Rectè D. Hieronymus ex hoc loco colligit, Deum etiam infidelium bona opera remunerare.

VERS. 21. — PULLULARIT CORNU. Hebr., *pullulare faciam cornu domui Israel.* Cornu per metaphoram regnum et robur appellat, quia tauris in cornibus robur est, ut Psal. 131, 17 : *Illuc producam cornu David; paravi lucernam Christo meo.* *ET TIBI DABO APERTUM OS*, id est, loquenti inter eos libertatem. Cum enim viderint omnia que prædixeras accidisse, credent tibi, poterisque apertè ac liberè, non sicut hactenus per parabolas illis loqui, ut dixi supra, cap. 24, 27 : *In die illâ aperetur os tuum, cum eo qui fugit, et loquetur, et non silebis ultra.*

## CHAPITRE XXX.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Fils de l'homme, prophétisez, et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Pousssez des hurlements; malheur, malheur à ce jour.

3. Car le jour est proche; il est proche, ce jour du Seigneur, ce jour de nuage, qui sera le temps des nations.